













INSTITUTUM IN JURIDICA  
PROCESSU  
MARIO  
AVGVSTO  
IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI  
D. CASP. HENRICO HORNIO  
ORALI  
JACOBUS



1  
D 450





SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AUGUSTO,**  
 PRINCIPE REGIO, ELECT, ET PROVINCiarUM  
 SAXONICARUM HEREDE, ETC. ETC.  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

EX

ARGUMENTO  
**JURIS** 141  
**PROEDRIAE,**

PRÆSIDE

**CASPARE HENR. HORNIO, JC.**  
 ET ANTECESSORE,

Potentissimo Regi & Elect. Saxoni a Provocationum Consiliis,  
 Collegiorumque Juridicorum, quæ Wittebergæ sunt, nec non  
 Jud. Provinc. Infer. Lusatiae Assessore,

AD d. APRIL. M DCC IX.

IN AUDITORIO ICTORUM  
 DISPUTABIT

**GEORG. ANDREAS HERMANNUS,**  
 TORGAVIENSIS.

---

VITEMBERGÆ, PRELO GERDESIANO.



DI. LUD. RICO. AUGUSTO.

ANNO DOMINI 1712

1712

PROFESSOR

CAPITAN HERRN HENRICH JO.

AT ANNO DOMINI 1712

AD D.

ANNO DOMINI 1712

GEORG ANDRIAS





QUÆSTIO I.

*Num Clericos deceat contendere de præcedentia?*



Uod si ullum hominum genus studium humilitatis, maxime sane illos decet, qui sacris ministeriis vacant, & divinam voluntatem exponunt, atque tum doctrina, tum etiam exemplo aliis præire debent. Commonefacit illos hujus officii ipse CHRISTUS, qui discipulis eo tempore, quo alia plane cogitare, atque magnum opus, quod Magister tum suscipiebat, oportebat meditari, quis eorum videretur maior? disceptantibus dicebat: *Reges Gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas benefici vocantur; vos autem non sic; sed qui major est in vobis, fiat junior, & qui princeps est, sicut qui ministrat. Luc. XXII, 25. Matth. XX. 25. Marc. X, 42.* Ut loca sacri Codicis, quæ *Dec. I. qv. 1. §. 4.* in partes sunt vocata, taceamus, & tum omnes homines, tum hos præcipue tangunt. Quam ob rem improbandum omnino est, si nimium studeant

A 2

proe-



proedriæ, ac ea faciant, quæ d. qv. i. s. s. improbavimus. Atque ideo pudet fere referre diffidium inter *Hezelinum Hildesensem Episcopum*, & *Wideratum Abbatem Fuldensensem* sub *Heinrico IV.* subortum, quod *Goslaria* tantas vires accepit, ut jurgiis primum, dein pugnis, tandem strictis mucronibus lis ageretur. Qua de re *Lambertus Schaffnaburgensis*, sub Anno *MLXIII.* & *Aventinus Lib. V.* legi possunt. Ridiculum ejusmodi contentionis exemplum contigit tempore *Richardi Archi-Episcopi Cantuariensis*, quod *Matthæus Parkerus* antiquitatibus *Ecclesiæ hujus* inseruit. Legatus in *Angliam* a Papa venit, nomine *Hugocio*, *Henrico Rege* id postulante, tam ut *Reginam Eleonoram* divorcio a se separaret, quam ut primatus inter *Cantuariensem* & *Eboracensem Archi-Episcopos* controversiam componeret. Hic Concilium *Westmonasterii* in infirmorum monachorum *Ecclesiâ* coegit, quo ab utriusque provincie Clero confertim conventum est. Cumque dies inchoandi concilii aderat, Legatus, in sublimi sedens solio, dexteris *Cantuariensi Archi-Episcopo* concessit. Sed *Eboracensis*, Regem sibi, quam *Cantuariensi*, propitiorem sperans, sinistras respicit, & impudentissime, inter Legatum & *Cantuariensem* natibus inmitens sedere, tandem in primatus sui gremio resedit. Vix tandem umbone suo, quo ad medium locum obtinendum decertavit, *Cantuariensem* attigerat, cum a plurimis tam *Episcopis*, quam *Clericis*, atque *Laicis* turpiter reprehensus esset. *Ministri Cantuariensis Archi-Episcopi* facinoris indignitate, & justa correptionis vehementia incitati *Eboracensem* e Domini sui gremio ereptum, humi dejectum, pedibus conculant, & *Archi-Episcopalibus insignibus* contumeliosissime detractis, atque laceratis pugnis contundunt. At *Cantuariensis* cum suos, tanta ira percitos, advocare & continere non poterat, saltem ut discessu suo secum abduceret, concilio exivit.

Ministri



Ministri Dominum secuti, Eboracensem humi prostratum, vestibusque disceptis obstitum, relinquunt. Tandem Eboracensis anhelitu frequenti respirans semianimis surgit, &c. Quicquid vero hujus sit: negandum tamen non est, & in Ecclesia, atque inter ipsos docentes, illosque, qui verbum Dei audiunt & discunt, bonum ordinem servandum esse, ut loco jam bis excitato monitum; esse etiam omni honore dignissimos, qui eo constituti, ut res sacras tractent, & viam ad salutem aliis commonstrent. Pertinet huc egregius locus in *Epist. 1. Paul. ad Timoth. V. v. 17.* Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime ii, qui laborant in sermone & doctrina. Quam ob causam in orbe Christiano Ecclesiastici muneris dignitas magna semper visa fuit, & sæpe etiam seculari prælata, ut alibi dictum, *vid. Dec. I. qv. 8. s. 3.* quamvis negandum non sit, inter illos, qui Præsulis Romani dogmatibus addicti, nimium indulgeri hac parte Clericis; uti e contrario inter Protestantes in defectu plerumque peccari solet. His ita positis Clerici, & Ministri Ecclesiæ in jure proedriæ, quod lege vel consuetudine ipsis datum est, insistere possunt, & hujus rei causa Principem adire, cujus & hic est proedriam definire, ceu David & Salomon quondam fecere *2. Paral. VIII, 14. 15.* Nec in conscientia peccant; si modo, ut dixi, meminerint, ne plus sibi adrogent, quam par est, aut impetu postulent, quod debetur. Qua propter illi maximopere observare debent monita, quæ suggesta sunt *Dec. I. qv. 1. s. 5.* In hanc sententiam Facult. Jur. Witteberg. respondit Ministerio S. Mens. Novembr. 1700.



P. P.

Als dieselben Uns ihren Bericht / und Beylagen / nebst unterschiedenen Rechts-Fragen zugeschieft / und sich des Rechts darüber zu berichten gebethen /

D. erachten ic. und zwar auff die 1ste und 3te Frage in Rechten ergründet.

Ist von E. E. Rath zu S. wegen des Ranges zwischen ihren Syndicum, und die Personen des Ministerii an denen Kirchen daselbst ein besonderes Decret am 6. Maj. des 1687. Jahres ertheilet / nach solcher Zeit jüngsthin bey einer Leiche von dem Syndico, und einigen Doctores Juris & Medicinæ, über welche insgesamt ihres Orts der Syndicus den Vorgang hat / in Ausübung des Confects vor dem Seniore des Ministerii der Vorzug genommen / hingegen so fort darwider geredet / und bey den präsidirenden Bürgermeistern Beschwerde geführt worden / nach mehreren Inhalt des uns zugeschieften Berichts und der Beylagen /

Ob nun wohl angeführt werden möchte / daß in demselben Decret die Diaconi von denen Pastoribus nicht süglich zu trennen / vielmehr in Ansehung sie mit einander in gleichen Verrichtungen des Heil. Predigt-Amtes sich befinden / gegen den Syndicum in ebenmäßigen Vorgangs-Recht mit denen Pastoribus zu setzen gewesen / und da die graduirten dem Syndico nachgehen / jene diesemnach um so viel destoweniger eine Überstelle vor denen Geistlichen zu prätendiren hätten / auch was die Doctores ein- und andermahl wieder ein von fremden Orten neu angegebenes Membrum des Ministerii sich angemasset / in keine consideration zu ziehen zu seyn scheint / indem von vorigen längern Zeiten die Prediger denen Doctores dergleichen nicht gestattet / die Possess auch in sothane Fällen den sichersten Ausschlag jederzeit zu geben pfleget /

Dennoch



Dennoch aber und dieweil die Obrigkeit obgedachtes Decret mit guten Bedacht verfasst / die Diaconi von denen Pastoribus allerdings durchgehends unterschieden *Mov. P. 3. d. 218.* und solcher gestalt mit diesen so viel die äußerliche conversation ausser der Ausübung der Amts-Geschäfte betrifft / nicht in gleichen Würden sind / dieselbe auch wieder bemeldetes Decret in gehöriger Zeit eine Appellation, oder ein anders des Orts übliches *remedium suspensivum* niemahls eingewendet / hingegen das Decret der graduirten ganz keine Erwähnung thut / diese aber in denen Rechten und Reichs-Abschieden mit einer besondern dignität unstreitig versehen sind / und in vielen Academien vor denen Professoriibus einen Vorgang haben / hiernächst die von denen Geistlichen angezogene Possess einig und allein in *judicio ordinario* statt findet / und dem *summariissimo possessorio* so durch einen einzigen Actum ohne einiges Absehen / wie solcher beschaffen / erlanget wird / ganz nichts beniemt / *Gratian. Disc. Forens. cap. 845. n. 5. L. 1. §. 3. 4. n. d. Acquirend. Possess. Brunnem. Proc. Civ. c. 1. n. 45. 48. seqq.* Gleichwohl das angemachte factum possessionis auff andere Personen / als die / welche sich im Gehen dessen gebraucht / nicht zu erstrecken / immassen die graduirten unter sich selbst in keinem abgesonderten Collegio oder Corpore bestehen / die Prediger auch ebenfalls von einander oberwehnter massen unterschieden sind / also was einer jemanden gegen sich selbst verstatet / dem andern so dergleichen nicht gethan / zu keinem Nachtheil gereichen mag /

So erscheinet daraus so viel / daß es bey angeregtem Rechts-kräftigen Decret sein Bewenden habe / diejenigen graduirten auch / die vor dem letzten Leich-Begängniß sich einer Oberstelle würcklich gegen ein und ander Membrum des

Mini-



Ministerii angemast / nur in so weit und ferner nicht bey der hiedurch erlangten Possess vel quasi zu schützen / biß von ermelde- ten Geistlichen ein anders in ordinario possessorio, oder petitorio gebührend ausgeführet worden /

Auff die andere / 4te und letzte Frage erachten wir Rechts- tens seyn:

Wenn gleich vorgegeben werden möchte / daß in denen Göttlichen Rechten keine ausdrückliche Verordnung des Ranges wegen der Geistlichen Personen vorhanden / diese auch durch Beobachtung der Demuth ihren Zuhörern und Pfarr- Kindern zu Erweckung gleichmäßigen Tugend-Wandels gute Anleitung zur Nachfolge an die Hand zu geben / verbunden sind: Wie nicht weniger der Billigkeit gemäß zu achten / in den geführten Beschwerden dem Gegentheile / die in denen Rechten verstattete allgemeine Mittel nicht zu versagen / viel- mehr dieser Dinge sich zu bedienen / jederman frey zu lassen /

Dennoch aber und dieweil eine jede Landes- Obrigkeit bey denen Evangelischen Ständen einmahl die löbl. Ver- sehung gethan / daß unter denen Predigern an und vor sich selbst / oder auch gegen andere Leute eine gewisse Ordnung / in vor- und nachgehen zu beobachten / und hierdurch die schul- dige Ehrverbiethung gegen das Predigt- Amt würcklich be- fördert wird: Welchen gemachten Verfassungen denn nach- zugehen der Heil. Schrifft nicht zu wider / vielmehr dieses zu bewerckstelligen darinnen anbefohlen ist; Hierüber in denen zwischen geist- und weltlichen Personen entstandenen Irrun- gen / damit solche auffs kürzeste / wie nur möglich / zu Verhüt- tung alles höchstschädlichen Aergernüßes erörtert und beige- leget werden mögen / gleichfalls in denen Rechten angeord- net zu befinden /

So



So ist denen Herren bey der Obrigkeit ihres Orts sich in der zeithero angegeben Possess des Ranges zu erhalten gebührende Ansuchung zu thun / keinesweges zu verdencken / die Obrigkeit auch ohne alle unziemliche Weitläufftigkeit ihnen hierinnen Schutz zu leisten / und einen billigen Ausspruch förderlichst zu thun verbunden. B. K. W.

## QUÆSTIO II.

*Eum, qui a Provincia muneri  
præfectus est, præferendum esse illi, cui simile  
munus Civitas provincialis contulit.*

**Q**ui fundamenta præcedentiæ excutiunt, inter alia & ordinantis, seu munus conferentis dignitatem huc trahunt, ita ut, quo major conferens sit, eo, major etiam sit dignitas collata, & a majore ordinatus vel dignitate auctus præcedere debeat ordinatum a minore. *Gloss. ad L. 2. n. d. Albo scribendo & Cap. 7. X. de majoritat. & obedientia Godofred. de Jure Prac. Lib. 4. c. 29.* Quam ob causam ut provincia major est sui parte, civitate quadam provinciali; ita etiam, qui munus gerit provinciale præferendus est illi, quem civitas præfecit simili muneri. Atque ita Syndico, Physicoque provinciali cedere debet Syndicus vel Physicus urbis provincialis. Hæc ita, si munera sint ejusdem generis. Nam ad diversa trahi ea commode non posse, jam commonuimus, *Decid. l. qv. 2. §. 2.* Interim tamen in regula subsistendum esse reor, si diversitas non adeo magna allegari queat;

B

queat;



queat; quale quid intuitu muneris Syndici, & Medici fieri solet. Certum est secundum praxin communem Juris peritos Medicis præferri, ut dictum *Dec. II. qv. 1. §. 3.* At ideo non male etiam quis diceret, Syndici munus, quod peritiam juris postulat, illi, quod medendis morbis studet, præferendum esse. Quod & nemo negabit, si de Syndico & Medico provinciali, ac de Syndico & Physico civitatenſi quæſtio ſit, nec aliud, quod obſtet. Sed dum inter Medicum provincialem, & Syndicum civitatenſem lis ſuboritur, officialem provincialem haud immerito præferendum, quis dixerit. Atque hoc placuit Judicio Provinciali Luſatiæ inferioris in hæc verba reſpondenti:

Hat das Syndicat - Amt allezeit den Vortritt vor das Physicat gehabt / also / daß die Syndici, ſie mögen graduiret / oder ungraduirt geweſen ſeyn / von undencklichen Jahren die Præcedenz über den Physicum behalten; es hat auch jeziger Physicus euch bey drey Begräbniſſen den Vortritt zwar gelassen / will aber ſolchen anigo über euch prætendiren. Daher ihr ferner berichtet ſeyn wollet / ob der Land-Physicus zu G. nunmehr die Præcedenz über euch nehmen / und in ſeinem Suchen obtiniren könne? Ob nun wohl diejenigen officia, welche von einem ganzen Lande dependiren ſich regulariter, eben deſſenigen Vortritts vor den Stadt Officiis zu erfreuen haben / welchen ein Land-Physicus zu haben pfleget / und also ein Land-Physicus, vor einem Stadt-Syndico nicht unbibig die Præcedenz genieſſen ſolte. Dennoch aber und dieweil angeführten maſſen eure Vorfahren ſolche vor dem Land-Physico beſtändig gehabt / der izige auch ſich der Obſervanz gemäß / bey unterſchiedenen Leichen-Begängniſſen / euch dieſe ſelbe



selbe eingeräumt/ und ihr also drey geruhige actus exerciret.  
So seyd ihr bey der erlangten Possess, vel quasi der Prä-  
cedenz vor dem Land-Phyico billig zu schützen. Im fall  
aber ermelter Land-Shyicus dissfalls das petitorium an-  
stellet/ ist sodann vor ihm das Erkänntniß billig einzurichten/  
es wäre denn/ daß ihr/ daß über Rechts-verwährete Zeit/  
ihr und eure Vorfahren die Präcedenz geruhig exerciret/  
erweisen köntet/ auff solchen Fall seyd ihr dabey billig zu  
lassen. B. N. W.

## QUÆSTIO III.

*Num factum unius ex Collegio  
vel Ordine reliquis præjudicium pariat  
circa possessionem præcedentiæ?*

**T**Ralatitium est, quemlibet quidem sibi obesse pos-  
se: non tamen deberi alteri per alterum iniquam  
conditionem inferri, nec factum alterius nocere  
ei, qui nihil fecit *L. 74. π. d. R. f. L. 5. §. 6. π. d. Nov. Oper.  
nunc.* Hinc & factum unius de Universitate, vel ex Col-  
legio non potest vel Universitati, vel Collegio fraudi es-  
se, aut singulis reliquis membris: qua de re latius actum  
in *Dissertatione de Possessione Universitat. §. 21.* Hæc omnia  
ad argumentum præcedentiæ optima ratione adplicari  
possunt. Scilicet, finge, membrum Senatus vel alterius  
Collegii cessisse loco in gratiam alterius, ratione cujus  
præcedentiam vindicare potuisset. Illud sibi obfuit qui-  
dem, & alterum possessionem vel quasi juris hujus con-  
sequi, passum est, quam adversus istud allegare potest.

B 2

Sed



Sed tamen hic ipse, qui in relatione ad istud membrum quasi possessor constitutus, haud potest hanc possessionem allegare adversus reliqua membra Universitatis vel Collegii. Quod magis verum est, si de ejusmodi dignitatis hominibus quæstio sit, qui in loco quidem vivunt, sed nullo Collegio, vel Corpore colliguntur, e. gr. si in urbe quadam Doctores nonnulli habitent, ubi nulla Academia est, nec Collegium Doctorum constitutum. Sed finge, seniore ex Collegio cessisse extraneo, cui tamen anteponi debebat; esse sic hunc in possessione vel quasi præcedendi seniore Collegii: juniorem autem nunquam cessisse extraneo, atque in possessione esse vel quasi proedriæ intuitu illius; atque nunc omnes tres concurrere. Quo casu perplexitas talis oritur, qualis deprehensa in casu *Dec. II. qv. 1. §. 3.* Scilicet si extraneum præferas secundum possessionem suam seniori, qui præponendus est juniori; aliter fieri non potest, quam ut extraneus ille præponatur etiam juniori secundum regulam in hoc argumento maxime tritam: si vinco vincentem te, etiam vinco te *C. dilectus. X. d. Off. del. Godofred. d. Præced. P. 1. c. 2. §. 14.* Quod tamen lædit jus junioris, qui nunquam cessit extraneo. Si extraneum postponas juniori, ceu par est inter hosce; consequens ex eadem regula, postponendum etiam esse seniori, qui vincit juniorem: quo ipso fraus fit extranei acquisitæ possessioni. Si primum juniorem colloques, deinde extraneum, post hunc vero seniore ire jubeas, quia extraneus adversus hunc quasi possessionem adeptus est præcedendi: illud inde eveniet, seniore inferiorem esse juniore, quod absurdum videtur. Quamcunque ergo rationem inieris, non caret res difficultatibus. Placuit tamen nostro



stro Scabinatui, talis species cum proponeretur, primam probare, cœu patet ex Responsio sequenti dato Senatui Hectstædensi Mens. Janar. 1706. cui jungi potest decisio quæstionis 1. & 3. in Resp. quod quæsito 1. adjectum est.

P. P.

Als dieselben uns ihren Bericht und angehengte Rechts-  
Frage zugeschickt / und sich des Rechtens darüber zu berich-  
ten gebethen /

Demnach sprechen 2c. und zwar anfänglich auff die 1. und  
3te Frage /

Ist An. 1687. in dem Amte Wiederstädt eine Seiger  
Hütte gebauet / und nachgehends / daß die Hütten bedienten  
zu der Pfarr-Kirchen in Hectstädt sich halten sollen / verord-  
net worden. Es begiebet sich aber vor 180 / daß der nach Ab-  
leben des vorigen Factors verordnete Successor, so sonst An-  
richter gewesen / den Rang so fort nach den Oberbürgermeis-  
ter / also noch vor dem Unterburgermeister im Regiment / der  
Anrichter aber / vor allen Raths-Beysigern den Vorgang  
prætendiren / dahero die Herren / ob wenn ein Unterbürger-  
meister einmals den vorigen Factor und ein oder den andern  
Raths Beysigern / den Anrichter aus Höflichkeit dann und  
wann den Vorgang gelassen hätten / es denen andern Bür-  
germeistern und Raths Beysigern / wider deren Willen es  
geschehen / nachtheilig seyn / und der Factor und Anrichter in  
der Possess, vel quasi der Præcedenz auch über die letz-  
te biß zu Austrag der Sache zu schützen? des Rechts be-  
richtet seyn wollen / nach mehrern Inhalt des uns zugeschick-  
ten Berichts.

Wenn nun gleich nicht zu leugnen / daß die possess vel  
quasi præcedentiæ, durch gewisse / auch nur einen einzigen

B 3

actum



actum acquireret werden kan / und derjenige / welcher solchert vor sich hat / im Fall er nur nicht causam liti gegeben / bey derenselben zu schützen / *Gothofred. d. Præced. c. 2. lit. D. Horn. d. Jur. Proedr. Dec. II. qv. 3.* in possessorio momentaneo auch bloß auff das factum possessionis, vel quasi geschehen / und ob solches ex urbanitate geschehen oder nicht / keinesweges untersucht wird / diesemnach des *Postii doctrin*, *Obs. n. 11.* welche in ordinario possessorio und petitorio sonst zu attendiren / anher nicht zu ziehen / hiernächst in facto nicht zu verneinen / daß dann und wann ein Unterburgermeister den Factor, ein und andere Raths Beyßigere aber den vorrigen Anrichter nachgegangen / ungeachtet die jenigen Actus, so bey dem Heil. Abendmahl sich ereignet / hierher in geringsten nicht zu ziehen ; In Erwegung / daß bey solcher Heil. Handlung / da ein jeglicher vor Gott in Demuth seines Hergens erscheinen soll / auff den Vor- und Nachgang / so genau nicht zu sehen / und dahero / daß wenn einer oder anderer allda jemanden gewichen / er dadurch sich seines sonst habenden Rechts / oder quasi possess begeben / nicht dafür zu halten. *Horn. de Prac. Dec. I. qv. 1. n. 5.*

Dennoch aber und dierweil ein jeglicher sich wohl seines Rechts begeben / keinesweges aber jemand andern durch sein factum desselben Recht entziehen / insonderheit eines membri alicujus Collegii factum dem Collegio oder dessen übrigen membris an ihrer possess vel quasi nichts benehmen / oder einen andern in die possess wider dieselbige setzen kan. *L. 74. r. d. R. J. L. 5. 6. d. Nov. Op. nunc. Post. Obs. 36. 42. 6. Modest. Pistor. V. 1. Conf. 12. n. 13. Carpz. P. 2. Const. 6. def. 1.* Hierz über den Ansehen nach / derjenigen Unterburgemeister und Raths-Glieder / so obbenannten Personen gewichen / Vornehmen die übrigen nicht gebilliget / vielmehr denenselben widersprochen /

So



So kan dergleichen Einräumung einer Præcedenz und Possess, so von andern geschehen / denen so solches nicht gethan / noch darein gewilliget / keinesweges nachtheilig seyn / noch auch respectu des Factors und Anrichters eine manutenez in possessorio zu wege bringen. Im Fall aber sie denenjenigen / so ermelten Factor und Anrichter die Possess, vel quasi der Præcedenz eingeräumt / sonst unstreitig nachgehen / und so wohl mit ihnen / als denen Hütten-Bedienten zugleich concurriren / mögen sie nach der bekanten Regul, si vinco vincentem te, etiam vinco te, und zu Vermeidung einer sonst entstehenden perplexität / besagten Hütten-Bedienten so wohl / als denen ihnen sonst vorgehenden zu weichen / sich nicht entbrechen vor eins /

Auff die andere Frage sprechen wir vor Recht:

Wollen die Herren ferner des Rechts berichtet seyn / ob dem izigen Factor und Anrichter / welche noch keinen actum possessorium exerciret / die actus possessorii ihrer Vorfahren zu statten kommen mögen? Ob nun gleich sonst die Possession in facto beruhet / und selbige nach bekanten Rechten keinesweges auff einen Successorem auch nicht einmahl unversaleam ipso jure transferiret wird / sondern durch ein factum adprehensionis erlanget werden muß. Siweil aber dennoch hier nicht so wohl auff die Person / so ein Amt bedienet / als auff das Amt selbst zu sehen / und so wohl derjenige / so vorhin das Amt bekleidet / als dessen Nachfolger / pro una & eadem persona morali zu halten / diessinnach / wenn ein actus von einem / der die Bedienung über sich gehabt / bewerkstelliget worden / die possessio vel quasi dem officio / und also allen / die solches über sich haben acquiriret ist. *cap. 14. X. de Offic. deleg. L. 3. §. 2. L. 5. §. 2. m. d. tit. 5. act. privat.* Also derjenige / so die possess vel quasi von



von dem officio ergriffen / auch zugleich auch die vorhin acquirirte possess der Præcedenz exerciren kan *arg. L. 3. pr. π. d. acquir. vel amit. poss. Mev. P. 3. Decif. 92. Horn. d. Praced. Dec. II. qv. 3. §. 3.* Bey welcher Bewandnuß die obangeführte General-Regeln anhero nicht gezogen werden mögen / so hat der Factor und Anrichter in possessorio summarissimo auff die actus antecessorum sich allerdings zu beziehe / und mögen selbige die Manutenenz dadurch wohl erhalten.

## QUÆSTIO IV.

*De præcedentia Officialium  
metallicorum.*

**I**N urbibus oppidisque, quorum ager metallorum ferax est, inter Officiales metallurgicos, atque illis, qui Magistratum gerunt, & ordinariam exercent jurisdictionem sæpissime lites de proedria soboriri neminem latere potest, qui in his locis versatus est. Incidit talis Hecstadi in Comitatu Mansfeldensi in cujus vicinia officina secretoria, (Seigerhutte) habetur. Præest huic officinæ, qui *Factoris* nomen gerit, cui alius subordinatus est, qui pensa præparat, & stylo metallico dicitur *Anrichter*. Ille præcedentiam Consulibus, hic vero reliquis Senatus membris dubiam facere, sibi que vindicare conabatur. Quærebat: quis exitus petitorii esse queat? Sane negandum non est homines istos insigni peritia pollere, quæ paucis cognita, atque inter arcana rei metallurgicæ habetur; ac maximopere publicam per eos promoveri utilitatem, dum nobilius metallum, argentum



gentum scilicet fecernunt a viliori, cupro nempe & plumbo, de qua re apud *Agric. Lib. 10. de re metallica*. quædam legi possunt, *it. Ræslorum in Specul. metall. Lib. 5. c. 7*. Ob quam rem locus honoris illis invidendus haud est. Existimabant etiam ideo Consulibus & reliquis membris Magistratus se præferendos esse, quod plerique horum literarum expertes sint, sicque, quod profiterentur, artificium insigne, potius jus quoddam illis tribuere. Accedere, dicebant, non omnes quolibet anno regimini præesse oppidano: & si maxime collegium integrum prærogativa quadam gaudeat; non tamen eam statim ad singulos pertinere juxta *L. 7. §. 1. π. quod cujusque univers. nom.* Sed habebant tamen illi, qui ordinarii Magistratus munera in civitate ista obibant, haud pauca, quæ regeri poterant. Allegabant enim jurisdictionem altam & bassam, aliaque eximia jura, velut jus Patronatus. Dicebant porro, nomine Principis a supremo Præfecto Comitatus Mansfeldici, qua ad Electorem Saxonæ superioritas ejus pertinet, *omnes ac singulos*, qui Magistratum gerunt auctoritatem accepisse, & munia hæc illius auspiciis geri. Nulli præterea, aiebant, Magistratui Civitatum Mansfeldicarum, excepto solo *Palao - Islebiensi*, cedere Heckstadiensem, & ipsam supremam Præfecturam *Factores* istos postposuisse non tantum Consulibus, sed etiam Prætoribus *Neo - Islebiensibus*: itaque se, hos vincentes, vincere etiam *Factores*. Quod ne injuria factum esse videatur, allegabatur & hocce: utrumque istum officialem non a Principe, sed ab illis, qui exercent officinas illas secretorias muniis præpositum esse, omnique plane carere potestate jus dicendi. Omne itaque, quod agunt ad artificium, vel commerciorum negotia pertinere; quæ res tamen tanti non sit, ut Magistratus, &

C

Judi-



Judicis muneri præferenda sit, quod sua dignitate constat, licet ab illiteratis suscipiatur. *L. 6. L. 45. d. C. Decurion.* Cui cedere homines istos eo magis debere affirmabant Hecstadienses, quod apud se civitatis jus illi adquisiverint, & tanquam alii cives subjecti magistratui essent, juribusque civium uterentur. Porro & secundarium Consulem sine controversia præcedere Archidiaconum, & Diaconum; quibus tamen *insistor* iste postponeretur & sic iterum regulam illam: *si vinco vincentem te &c.* prodesse. Parum vero ipsis ob stare, quod non omnes actu jura magistratus exercent: esse enim nihilominus & illos, qui ab exercitio muneris publici quiescunt tantisper, membra Magistratus, & si res magni momenti occurrant, cum reliquis consulere in commune, dignitateque sua minime defraudandos esse, licet forte illi, qui regimen ordinarium gerunt prærogativa quadam gaudeant. Denique licet singulis non competant jura collegii totius, singulos tamen participare ab honoribus collegii, & singulis jus honoris acquisitum esse; quod si læderetur, toti collectioni damno & fraudi esset. Hæ rationes *Scabinis Witteb.* justæ visæ sunt, & propterea non dubitarunt respondere pro Magistratu Hecstadiensi. Existimarunt etiam iidem, Advocati periti dignitatem majorem esse, quam illorum, qui artificium tale, de quo nunc quæstio fuit, callent, atque exercent, ob rationes quæ *in Decad. II. qu. 7.* habentur. Et ideo multo magis Consulibus, vel Senatoribus, qui axiomate simul Advocati nobilioris gaudent, & sic duplici conspicui sunt, artifices nostros nullam de proedria litem movere debere. Legi de hac re posunt Responsa subjecta:

Auff die 4te und 5te Frage erachten wir Nichtens zu seyn:  
Wollen



Wollen die Herren auch hierüber/ ob die Bürgermeister insgesamt vor dem Factor, ingleichen die sämtliche Raths Bey-  
sitzer vor dem Anrichter die Präcedenz bey allen Zusam-  
mentünfften in der Kirchen/ Hochzeiten/ Begräbnissen u. in  
petitorio zu behaupten/ sich einige Hoffnung machen können?  
des Rechts berichtet seyn/

